credebant in eum · ut sermo esaiae prophetae imple
retur · quem dixit · Domine quis credidit auditui
nro · et brachium domini cui reuelatum est ·
Propterea non poterant credere · quia dixit iterū
esaias · Excecauit oculos eorum · & induraui eorum
cor · ut non uideant oculis et intellegant corde · et
conuertantur et sanem eos ·
Haec dixit esaias quando uidit gloriam eius · et locu
tus est de eo · Uerumtamen et exprincipibus multi
crediderunt in eum · Sed propt pharisaeos non confi
tebantur · ut de synagoga non eicerentur · Dilexer
eni gloria hominū magis quam gloriam dī ·
Ihs autem clamauit et dixit · Qui credit in me · non
credit in me · sed in eum qui misit me · Et qui uidet me ·
uidet eum · Ego lux in mundum ueni · ut omnis qui
credit in me · in tenebris non maneat · Et si quis au
dierit uerba mea · et non custodierit · ego non iudi
co eum · Non enim ueni ut iudicem mundum · sed
ut saluum faciam mundum · Qui spernit me et n
accipit uerba mea · habet qui iudicet eum · Sermo
quem locutus sum · ille iudicabit eum in nouissimo
die · quia ego ex me ipso non sum locutus · sed qui
misit me pater · ipse mihi mandatum dedit · quid
dicam · et quid loquar · Et scio quia mandatum eius
uita aeterna est · Quae ergo ego loquor · sicut
dixit mihi pater · sic loquor ·
Ante diem autem festum paschae · sciens ihs quia
uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad pa
trem · cū dilexisset suos qui erant in mundo · in finem
dilexit eos · Et caena facta · cum diabolus iam mi
sisset in cor · ut traderet eū iudas symonis scariothis ·
Sciens quia omnia dedit ei pater in manus · et quia
ad deo exiuit et ad dm uadit ·
Surgit a cena · et ponit uestimenta sua · Et cum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00216
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0216